LACTANTIUS

Oberitalien, 2. Drittel 15. Jh. (nach Wasserzeichenbefund) Seite 31r

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31239
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png"> Kontakt: Stift Stams   <img src="https://manuscripta.at/styles/universitaets-landesbibliothek-tirol.png" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/BMKOES_Logo.svg" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/EUnion_POS1.jpg" height="48">



igitur astrorum motus voluntarius: sed necessarius: quia prestitutis le
gibus officijsque deseruiunt: Sed cum disputaret de cursibus siderum:
quos ex ipsa rerum ac temporum congruentia intelligebat non esse
fortuitos: existimauit voluntarios esse: tamquam non possent. tam dis
posite. tam ornate moueri: nisi sensus illis messet officij sui sciens:
O quam difficilis est ignorantibus veritas: et quam facilis scientibus: Si motus
inquit astrorum fortuiti non sunt: nihil aliud restat: nisi ut volun
tarij sint: Immo vero: ut non esse fortuitos manifestum est: ita
nec voluntarios: Quo igitur in conficiendis itineribus constantiam
suam seruant: Nimirum deus uniuersi artifex. sic illa disposuit: sic
machinatus est: ut per spacia celi. diuina et admirabili ratione decur
rerent: ad efficiendas sibi succedentium temporum varietates: An archi
medes siculus concauo aere similitudinem mundi ac figuram potuit
machinari: in quo ita solem lunamque composuit: ut inequales mo
tus et celestibus similes conuersionibus sibi singulis quasi diebus effi
cerent: et non modo accessus solis ac recessus vel incrementa diminu
tionesque lune: verum et stellarum vel inerrantium vel uagarum dis
pares cursus orbis ille. dum uertitur: exhiberet: Deus ergo illa vera non
potuit machinari et efficere: que potuit solertia hominis imitatione
simulare: Vtrum ne igitur stoicus si astrorum figuras in illo aere pic
tas effictasque uidisset: suo illa consilio moueri diceret: ac non potius
artificis ingenio: Inest ergo sideribus ratio ad peragendos meatus suos
apta. sed dei esse illa ratio: qui et fecit. et regit omnia: non ipsum side
rum: que mouentur: Nam si stare solem voluisset: et perpetuus utique
dies esset: Item si motus astra non haberent: quis dubitat sempiternam
noctem futuram fuisse: Sed ut dei ac noctis uices essent: moueri ea
voluit. et tam varie moueri: ut non modo lucis atque tenebrarum mu
tue uicissitudines fierent: quibus laboris et quietis alterna spatia con
starent: sed et frigoris atque caloris: ut diuersorum temporum ius ac potestas uel
generandis vel maturandis frugibus conuenirent: Quam solertiam
diuine potestatis in machinandis itineribus astrorum: quia philosophi non ui
debant: animalia esse sidera putauerunt: tamquam pedibus et sponte
non diuina ratione procederent: Cur autem illa excogitauerit deus: quis
non intellexit. Scilicet ne solis lumine decedente nimium ceca nox te
tris atque horrendis tenebris ingrauesceret: noceretque uiuentibus: Ita
que et celum simul mira uarietate distinxit. et tenebras ipsas multis
minutisque luminibus terminauit: Quanto igitur naso prudentius:

Cur solis ac lune uices

Naso.